

Sennæ alexandrinæ drachmas sex . . p. 12.

Incisis et contusis affunditur

Aquæ destillatæ ferventis tantum,

ut, post digestionem per horam, fiat colatura
tanti ponderis, ut, solutis in eadem

Mannæ electæ unciiis duabus et semis, p. 40.

liquor, exprimendo iterum colatus, pondus ha-
beat unciarum novem (p. 144).

JODETUM HYDRARGYRICUM. ♂

Rec. *Chloreti hydrargyrici corrosivi* unciam unam
et drachmas tres, p. 33.

Jodeti kalici unciam unam et drachmas quin-
que cum scrupulo p. 40.

Solvuntur separatim in sufficiente *Aquæ de-
stillatæ* quantitate, quo facto solutiones colatæ
miscentur, inter agitandum cum baculo vitreo.
Præcipitatum, hinc oriundum, colo colligitur et,
Aquâ destillatâ ablutum, leni calore siccatur.

JODETUM HYDRARGYROSUM. ♂

Rec. *Hydrargyri destillati* unciam, p. 8.

Jodi drachmas quinque p. 5.

In mortario porcellaneo miscentur diligenter
terendo, additis per vices *Spiritus concentrati*
tot guttis, ut massa semper humida sit, usque
dum Hydrargyrum disparuerit et massa ipsa
colorem flavescenti-viridem acceperit. Tum *Spi-
ritu concentrato*, quamdiu is aliquid solvat, ablu-
itur, leni calore, sine lucis accessu, siccatur et
loco obscuro servatur.

Cavendum, ne majores simul Hydrargyri et
Jodi quantitates conterantur, neve inter miscen-
dum exsiccentur.

JODETUM KALICUM.

Rec. *Solutionis Hydratis kalici* quantum placet.

Leniter calefactæ sensim additur

Jodum,

agitando cum bacillo vitreo, donec liquor colorem fuscum acceperit; quo facto ad siccum evaporat. Massa residua in crucibulo porcellaneo vel platinico tecto supra ignem, sensim augendum, liquatur et liquata habetur, quamdiu serveat; deinde effunditur, ut refrigescat. Post refrigerium deminuta in vase clauso statim servatur.

JULAPIUM E MOSCHO.

Mixtura Moschi.

Rec. *Moschi tunquinsensis* grana quattuor, p. 1.

Sacchari albi,

Gummi arabici, singulorum pulveratorum
grana duodecim, p. 3.

Aquæ Rosæ uncias duas p. 240.

Teritur Moschus primum cum Saccharo, deinde cum Gummi, instillando paullatim Aquam Rosæ.

KERMES MINERALIS.

Hydrosulphuretum stibiosum.

Rec. *Sulphureti stibici præparati* unciam, . p. 1.

Sodæ depuratæ crystallisatæ libras duas, p. 24.

Aquæ destillatæ libras viginti p. 240.

In Aqua solvitur Soda depurata; solutioni in olla ferrea, munda, ebullienti, additur Sulphuretum, quo facto liquor, agitando cum spatula lignea, per horam dimidiam ulterius ebullit et, etiam nunc fervidus, in vas jam calefactum colatur. Refrigeratus a præcipitato sponte nato,

*Sart Antimon præparat Naasfer
natrium.*